


IOHANNEM

&mea omnia tua sunt · & tua mea sunt · & clarifi
catus sum in eis · & iam non sum in mundo · & hi in
mundo sunt · & ego ad te uenio · pater sce serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi · ut sint unum
sicut & nos · cum essem cum eis · ego seruabam eos
in nomine tuo · quos dedisti mihi custodiui · & nemo
ex illis perijt nisi filius perditionis · ut scriptura
impleatur · nunc autem ad te uenio · & haec loquor
in mundo · ut habeant gaudium meum impletum
in semetipsis · ego dedi eis sermonem tuum · & mun
dus odio eos habuit · quia non sunt de mundo ·
sicut & ego non sum de mundo · non rogo ut tollas
eos de mundo · sed ut serues eos ex malo · de mundo
non sunt · sicut & ego non sum de mundo · sanc
tifica eos in ueritate · sermo tuus ueritas est · sicut
tu me misisti in mundum · & ego misi eos in mun
dum · & pro eis ego sanctifico me ipsum · ut sint
& ipsi sanctificati in ueritate · non pro his autem
rogo tantum · sed & pro eis qui credituri sunt per
uerbum eorum in me · ut omnes unum sint · sicut
tu pater in me & ego in te · ut & ipsi in nobis unum
sint · ut mundus credat quia tu me misisti · & ego
claritatem quam dedisti mihi dedi eis · ut sint unũ
sicut & nos unum sumus · ego in eis & tu in me ·
ut sint consummati in unum · & cognoscat mundus ·
quia tu me misisti · & dilexisti eos sicut & me
dilexisti · pater quos dedisti mihi · uolo ut ubi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
MANCHESTER 1824
The University of Manchester
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0335